

254
Addit & aliam conjecturam; novum Neuruz,
novamque aram à Babyloniis illi institutam eo tempo-

Altera sequitur opinio, quæ ab excidio Urbis, ac
templi septuaginta annos incipit. quæ quidem falsa Ba-

Sed minime omnium probabilis est eorum ratio, qui
annos lxx. undecumque tandem proficiantur, termi-

At enim qui epocham septuagenarii intervalli sumunt
ab exordio Urbis, opponunt, annos istos passim deso-

* Nota P. Salianum simili responso uti, in annis ccccxxx. quibus in Ægypto peregrinasti sunt Israelitæ; quia videlicet, annos isti terminantur. Vide annum mundi 2543. n. xi. Petavium.

taxat, & quidem majorem vastitatem illam incubuisse.
Hieremias enim id expresse demonstrat cap. xxx. nimirum

Tertius Danielis locus ceteris expressior videtur. sed
idem tamen ex Hebræorum, & Græcorum librorum comparatione

Video qui & illa Scripturæ verba, lib. 11. Paralip.
xxxvi. 20. urgeat. Si quis evaserat gladium, dicitur in

procedit, quàm nostram. Nam eorum plerique, qui ab
Urbis conflagratione septuaginta annos numerant, inter

Ex iis omnibus apparet, rectissime constitutum à no-
bis esse septuaginta, quos Hieremias præfixit, anno-

Postremò locus ille Zachariæ superest explicandus;
apud quem cap. 1, 12. Angelus ita querit: Domine

CAPUT XXV.

De Perfarum regum serie, quæ in Sacris libris expressa
legitur.

DE Danielis hebdomadibus disputationem ingressus
Scaliger, primum ex libris Efdrae, ac Neemiae

Perfidis regum seriem exponit. Eò verò spectat illius
ratio, ut Darii Nothi anno secundo; non Hytaspis,
ut habetur vulgò, filii, templum à Zorobabele ac Josue

In ea verò primum illud incommodum est, quod lon-
gævus ultra humane vitæ modum duces aliquot Hebræo-

quo tempore Judæi à Cyro dimissi sunt, Pontifex erat,
& fortasse plures jam annos in ea functione versatus fuerat.

CAPUT XXVI.

De Judith tempore, & historia.

Mosis obitum spectant, ab alio utique sunt adjecta. quod idem & de libris Josue, Tobia, & Jeremiae quidam existimant. Quocirca in catalogo illo Levitarum, & Sacerdotum, quem ad tempus suum perduxerat Nehemias, quidam appendicem illam intexit. Reliqua duo argumenta Josephi auctoritate nituntur. Adversus hanc verò, primum nostra hæc, & iustissima est exceptio. Si in illa ipsa sibi historia consentaneus est, nihil nos ejus testimonio refragaturos esse. Sin est ut fecum ipse pugnet, neque nos ejus dictis assentiri posse. Refert itaque Josephus lib. xi. cap. v. Efdram anno septimo Xerxis Darii F. in Judæam ad instaurandas templi ruinas profectum. Tum Xerxis anno vicefimo quinto eodem pervenisse Neemiam: & opus ipsum anno vicefimo octavo Xerxis absolutum. Xerxes postea subdit successore habuisse filium Artaxerxem. (Is esse debet Longimanus.) Estheris conjugem. Demum cap. vii. & viii. de Sanaballeto narrat ea, quæ paulò ante perstrinximus.

Josephi error.

In iis quàm multa peccet Josephus, res ipsa loquitur. Primum quis annos Xerxi xxviii. concedat; quem non plures viginti regnasse, ex Herodoto didicimus? Atque ut cum patre aliquanto tempore imperarit, non amplius biennio id esse potest. Nam Darius anno altero, quàm obiret, consortem regni Xerxem adscivit, ut auctor est Herodotus. Præterea sub Artaxerxe, non Xerxe Nehemias Hierosolymam venit, ut Scriptura testatur. Denique ab anno ultimo Xerxis, quo opus absolutum esse scribit Josephus, ad Alexandrum M. anni sunt cxxxv. Tot igitur annos Sanaballetus habuit, qui Nehemiam cum urbe conderet, hostiliter vexavit. Nehem. ii. 10. & sequentibus. Adde jam annos xxx. aut. etiam plures, quibus vixit, antequam Præfectus, ac vir inter viros esset. Nempe cxxvi. circiter annum agebat, cum ad Alexandrum defecit. Quocirca duos omnino Sanaballetos fuisse par est arbitrari: quorum unus Nehemias, & Artaxerxis Longimani, alter Darii Codomani, & Alexandri ætate vixit; quos ambos perperam, ut apparet, miscuit Josephus; & quod prioris erat, id posteriori tribuit; nimirum affinitatem cum Pontificia familia. Nisi fortè bis cum Samaritanis affinitatem junxisse Pontificiam illam domum putemus; primum Nehemias & Artaxerxis Longimani tempore, quempiam ex filiis Joiada: Sanaballeti filiam duxisse; ob idque à Nehemia rejectum esse. postea Manassem Jaddoz fratrem Sanaballeti minoris, & prioris nepotis filiam eidem in matrimonium habuisse. Ex quo tertium argumentum Scaligeri dissolvitur.

Superest ratiocinatio illa, quæ ex Efdra libro petitur, de Dario duplici Artaxerxe septo. In quo frustra laborat. Neque enim Darius, ut patet, inter duos Artaxerxes ille ponitur, sub quo instaurata sunt Hierosolyma. Efdra primo reges isti Persici commemorantur. Primum Cyrus. deinde Assuerus cap. iv. 6. apud quem Judæi sunt accusati. tum Artaxerxes, com. 7. qui perinde Judæorum hostibus favit, ac templum adificari vetuit. Postea Darius, cap. v. cujus anno secundo templum instauratur. ac demum Artaxerxes. Artaxerxes ille, qui post Assuerum censetur, non est Longimanus; sed vel idem cum Assuero, ut Josephus lib. xi. cap. ii. censet; quo utroque nomine Cambyfen significari putat; cui & Toriellus adsupplicatur. Vel certè Assuerus est Cambyfes, Smerdis verò Magus, Artaxerxes, qui post Cambyfen octo mensibus imperium per fraudem obtinuit. Hujus enim acta quædam ab Herodoto memorantur. veluti quòd immunitatem à tributis, & vacationem à militia in triennium subditis sibi populis indultit. Imò verò Ctesias sex annis ferè personatum illum Cambyfis fratrem latuisse scribit, & pro Tanyoxace, quem Smerdin vocat Herodotus sese gessisse. Quare & ad hunc trahi non immeritò potest, quod in Efdra legitur; Præfectos adversus Judæos litteras ad Artaxerxem dedisse.

Postremo Josephus lib. xi. cap. vii. λαὸς Ἀρταξέρξε mentionem facit. ubi Scaliger corrigendum putat Ἀρταξέρξ. Sed falsa est hæc emendatio. Scribendum enim est, & vis pro λαὸς, ut inscriptio ipsa capitis docet.

* Addit hie Petavius: quod & verum arbitror. Vide Sallianum anno 3724.

lassari, vel Nabuchodonosori usque tempora. Quamvis interim fortassis ægre contineri ab Assyriorum rege poterint, & identidem se in libertatem alserere conati sint: ut nonnisi dicis causa, ac velut precario quandoque apud ipsos regnaret Assyrius. Erat ergo Babyloniorum rex quidem proprius, initio ab Nabonassaro imperandi factio; sed qui regis Assyrii stipendiarius inter eisdem principes exercitus numerari videtur. Manasse igitur Judææ regulo septimum, vel octavum circiter annum agente, Babylonius rex fortean ab expeditione aliqua rediens Assyrii jussu, auspiciisque suscepto, aut privatim res suas gerens, illum fraude aperta vi in potestatem redactum Babylonem abduxit. Quod Assyriorum rex prudens dissimulavit, cum Medicis rebus intentus, Babylonium, qui ægrè, ut diximus, jugum tolerabat, in apertam defectionem impellendum non putaret. Sub idem tempus idem ille rex Assyriorum Nabuchodonosor, victo Arphaxado, quem nos Dejoem Medum arbitramur, anno regni sui duodecimo, qui cum Manassis septimo congruere potest, grandiores spiritus gerens, ac totum Aste & Orientis imperium affectans, legatos primum in Palæstinam, ac Syriam, finitimisque populos; deinde cum ingentibus copiis Holofernem misit. Ita tum historia Judith accidit, absente Manasse, & Babylone adhuc in vinculis agente. Hæc à nobis probabiliter contexta narrationis illius series cum sacra & externa pariter historia valde convenit, nec habet quicquam in temporum ratione discrepans; in imperitè quam plurimi ex Hæreticis; omnium autem imperitissimè Molinæus objicit in Scuto fidei. Herodotus lib. i. scribit Dejoem (quem non levi errore quidam Dioclem appellant) Ecbatana condidisse. Is erit Arphaxad, quem similiter Historica sacra Judith ejusdem conditorum fides facit. Hic ab Assyriorum rege magno prælio victus est, quod, ut alia pleraque, nescivit Herodotus. Nabuchodonosor verò rex ille dictus est. quod vocabulum non ita Babylonis peculiare fuit, ut non ab Assyriis etiam usurpari poterit. quicquid in eam rem disputet Scaliger; quem eruditè Serrarius noster in Commentariis refellit. Hæc Nabuchodonosori victoria contingere potuit anno Manassis nono, cum paulò ante à Babylonis regulo, & Assyrii stipendiario captus esset. utputà anno circiter octavo. Lib. ii. Paral. cap. xxxiii. 11. Manasses à principibus regis Assyriorum captus, & catenis vincus esse dicitur. Ita Babyloniorum regulum Scriptura vocat; quod Assyriorum regi pareret. Anno sequenti, Manassis, ut est dictum, nono, Nabuchodonosor Dejoem vicit anno ipsius septimo. Si quidem Manasses regnum inivit anno Julianæ Perodi 4016. Dejoes anno 4018. Igitur anno 4025. victus est Dejoes, qui & Arphaxad. statimque Nabuchodonosor legatos in Syriam, ac finitimas provincias dimisit, ut eas sibi subjiceret. Quibus res infecta redeuntibus, anno sequente, Manassis decimo, Nabuchodonosori xiii. Holofernes in Syriam ducit exercitum, ibique dum Bethuliam obsidet, Judithæ consiliis opprimitur. Hæc absente rege gesta esse, satis ex eo evincitur, quod nulla in tota historia Judaici regis est mentio, sed per Pontificem administrantur omnia. Quamdiu porro in vinculis hæserit Manasses, affirmari non potest. Suspicabar post insignem Holofernis cladem attritis Assyriorum viribus, Babyloniorum regem, ut & ceteros, quibus imminere Nabuchodonosor, animos sumpsisse; ac tum Babylonis principem fœdere, fidèque prius obstrictum sibi Manassem vinculis exsolvisse, & in regnum misisse, novum ut Assyrii hostem opponeret. Ex quo verisimilis causa petitur, cur Holofernes regis Assyrii præfectus de Judæis velut ignota sibi gente sciscitetur: tum omnia illa dissolvuntur, quæ passim objici video. Velut post Manassem restitutum Judithæ facinus accidisse, quòd aliqui Judæi, captivo rege suo, Assyriorum legatos contumaciter, ac sine honore minime repulsiunt. Verum à Babylonio rege, non ab Assyrio Manasses in vinculis habebatur: neque tanti nominis erat Judææ regulus, ut ei præcipue Nabuchodonosor esset infensus. Cetera, quæ adversus communem sententiam de Manassis tempore solent objici, à Bellarmino, Serrario, aliisque solvuntur.

De ætate Judith paucis accipe. In calce libri manifeste dicitur in domo viri annos centum & quinque. quod sic intelligendum est; ut ad centesimum quintum attat. Para. II.

Que facere erat Judith.

tis annum illic hæserit, non ut post conjugis obitum tot annos vixerit. Quæ quidem loquendi ratio non infrequens est in Sacris litteris: ut cum in Exod. xii. 40. habitasse dicuntur Israël in Ægypto posteri annis ccccxix. hoc est & quædam partem postremam in Ægypto transgressisse. Ita & lxx. captivitatis annos postremam partem intervalli istius attributos esse, suo loco docuimus. Pergit Historia sacra, & in omni spatio vite ejus non fuit, inquit, qui perturbaret Israël, & post mortem ejus annis multis. Ab initio Manassis ad Joachaz, & Joakimi primum annum, intercedunt anni lxxxviii. Anno decimo Manassis Judith Holofernem trucidavit. Fingamus eo tempore Judith annum egisse circiter xii. Superstes itaque victoria, ac triumpho suo fuerit annos lxxv. ac mortua sit anno Josiæ octavo decimo: quo toto spatio pax in Judæa fuit, ac tredecim post mortem illius annis, usque ad Josiæ cadem, & Joachaz successoris ejus ac filii cladem.

De Historia libri Esther, ejusque conjugis ac tempore.

CAPUT XXVII.

Scaligeri de sententia enarratur, & refellitur.

SI de Assuero Estheris conjugis, adeoque historiaz illius tempore diversas Chronologorum sententias explicare, ac refellere voluero, justè voluminis, non unitus capitis res erit. Nobis per aliorum diligentiam, qui copiose singulas enumerarunt, ac pleraque refutarunt; brevioribus licebit esse, & unius dumtaxat Scaligeri, quod suscepimus, opinionem expendere.

Qui quidem sine hesitatione illa pronunciat Assue-Pag. 555; rum esse Xerxem. quod adeò confidenter, odioseque & 559; facit; ut affirmet, neque de eo dubitare posse, nisi qui nullo ingenio sit; neque negare nisi malignum. In Animad-Pag. 101; versionibus autem Eusebianis, plumbeos, alios; certissimos esse vociferatur, qui alium regem sub hoc nomine arriantur. Argumenta, quibus innititur, hæc ferè sunt. Primum appellatio ipsa. Nam Assuerus Hebraicè ita scribit אסוּרֻס Græcè Ὀστρούσης. qui est Xerxes. Dein-Pag. 559; de Xerxis uxor ab Herodoto vocatur Αρτισπασ, vel Αρτισπασ, quæ est ארְטַסְתַּר in id est Esther. Xerxes itaque anno tertio imperii sui omnes Persidis & Media proceres convorsio excepit; cujus convorsio causam liber Esther non reddit; sed ex vii. Herodoti non difficile est eam colligere. Expeditionem enim in Græciam molebatur, de qua, & omni ejus apparatu bellico cum ad proceres imperii revulisset, mox eos illo splendidissimo epulo dierum cxxx. profectus est. Mox: Statim igitur reverso ex Græcia Xerxi adducitur Esther mense decimo; sub finem septimi anni Xerxis: Duodecimo autem anno, tertio decimo mensis Adar, supplicium de Aman sumitur. Huic magistri decreto Scaligeriani omnes magni ac minuti Chronologi subscribunt: Calvisius, Behmius, Emmius, &c.

Quorum non absurda solum; sed etiam contraria Refutatur Scaligeriano- rum de sententia. sibi ipsi sententia est. Etenim Estherem voluit illam esse, quam Herodotus, & Ctesias Amistritin vocant. Xerxi nupterat: ut ex Herodoto, & Ctesia liquet. Atque longè ante expeditionem in Græciam Amistritin Esther Ctesias enim refert Xerxem Amistritin Onophæ filiam duxisse, è qua filium, suscepit Dariem; & post biennium, Hyllaspem; tum Artaxerxem. Darius ante expeditionem natus est annis aliquot. Siquidem auctor est Herodotus, libro ix. Xerxem, post cladem acceptam in Græcia, Maltisæ filiam Darii filio suo despondisse, cum Sardibus adhuc esset; quo se victus receperat, antequam rediret in Persidem. Olim igitur Amistritin uxorem duxerat: quod & Herodoti narratio omnis in lib. ix. certissimè demonstrat. Sed & lib. vii. ubi apparatus belli describitur, & copiarum duces singuli percensentur; Persis præfuisse dicit Otanem patrem Amestris, quæ Xerxis erat uxor. Magna itaque Scaligeri, & Scaligerianorum omnium est cæcitas, qui Estherem reverso è Græcia Xerxi adductam esse putant, & eadem Amestritin Herodoti, atque Ctesias faciunt. quod est absurdissimum, & stupidissimum. Adde quæ de Amestri idem illi Scriptores referunt in Estherem nullo modo convenire. Nam & illius pater Otanes ab Herodoto, à Ctesia Onophas dicitur; K k

grinas omnes Occidentis nationes Macedones imprimis Babyloniis ac Persis innotuissent, ab iis que eladibus multis, & calamitatis affectu essent, verissime est Macedonum ab iis nomen cum ad Græcos omnes tum ad longinuos, & Occidentales populos hanc fuisse transfusum; ut indecum tandem oriundus Aman fuerit, Macedo, id est peregrinus, & Occidentalibus, sive Asiaticis; seu revera Macedo Thracie nominetur. Sanè longo postea tempore, Ptolemao, & Cleopatra regnantibus, Lyfimachus appendices illas libri Esther interpretatus esse dicitur. Ita vulgus Turcarum, & Turcie nomina alienissimis etiam populis affingit. Sic in India, Indis que populis eadem simplicitate peccatur. Alii aliter respondent, ut vel hæretici contra caput illorum auctoritatem argumentari ex illo loco desinant: vel nostri posterioribus longe, quam nos putamus, Perfarum temporibus Estheris historiam minus licenter adscribant. Esti alio itidem ex loco contrarium nonnulli sibi persuadeant, antiquitatem Persicis etiam temporibus Estherem fuisse. Et enim cap. 11. com. 6. Mardocheus transfatus est de Jerusalem eo tempore, quo Jechonias migravit. Hoc verò nimium distat ab Artaxerxis, aliorumque Persidum regum temporibus. Sunt qui Mardocheum avi fuisse longissimi ex eo loco fateantur. Sed nihil est necesse. Non enim Mardocheus ipse, sed ejus proavus Cis deportatus ibi dicitur.

Quamobrem anno Assueri, vel Artaxerxis Longimani septimo, mense decimo, Esther ad regem est introduca. Hic est annus Periodi Julianæ 4255. ante Christianam æram 458. Quæ autem de die ipso mensis Adar xiiij. quo supplicium Judæi de hostibus sumpturunt, anno Artaxerxis duodecimo, Scaliger et Judaica recentiore periodo differit, ea nauci faciendâ sunt. Nam novissima illa Judaici anni descriptio ab antiquis illis temporibus alienissima est. Sed & pugnat secum ipse, dum menses Judaicos, & eorum dies ex Lunari illa Periodo petitos etiam imperante Xerxe Judæis attribuit: cum alibi passim Hebræos, antequam Syromacedonibus & Seleucidis subsessent, non lunarem annum usu civili, sed æquabilem & Babylonium, vel Persicum; certe principum illorum, quorum in dignone essent, usurpaste contentat. De quo nos abundè lib. 111. disputavimus.

CAPUT XXVIII.

Verum tempus Estheris.

ESTAT ut opinionem ipsi nobis aliquam ex tanta varietate seligamus. Placet igitur inter omnes illa Josephi lib. xi. cap. vi. Artaxerxem Longimanum Xerxis F. Estheris conjugem fuisse. Hanc Bellarminus amplectitur, qui & eam Severo Sulpitio haud rectè tribuit, ut & Serrarius observat. Ac miratus sum nuper à viro docto, & diligenti, qui huic ipsi de Longimano sententia subscribit, trahi in partes Sulpitidis, & Serrarium, qui id reprehenderit, notari. Atqui aut meridie non lucet, aut Sulpitius Estheris virum Artaxerxem illum nominat, qui Dario Ocho, id est Notho, successit, & successorem habuit ipse Ochem Artaxerxem. Est igitur è Sulpitii sententia Estheris conjux Artaxerxes Mnemon. Nos Longimanum præferimus. Qui ante Perfarum imperium Dario cuidam Medo, vel patri Assuero Estherem adscribunt, in nugis & otiosis fabulis consistantur: quas solidis argumentis Bellarminus discussit. quorum fidem immeritò Serrarius elevavit. Primum illud & validissimum est de Artaxerxis nomine, quod Perfarum proprium est. Huic Serrarius opponit Tobia ultimum caput, ubi Medorum rex Græcè Artaxerxes vocatur. Verum non Artaxerxes, sed Assuerus in Græco legitur: ut id *μνημονίου οὐδ' αὖτις* Serrarii videatur. Alterum argumentum non minus rem efficit. Artaxerxes, sive Assuerus Esth. ris conjux latissime regnavit, ac eorum provincias ab India Ethiopiam usque imperio suo comprehendit. Darius Medus paucissimis regionibus imperavit. Sed de Dario Medo, de que vulgari fabula suo loco plura disputavimus. Tertia nihilominus Bellarmini ratio firmiter est, quam ut à Serrario possit eludi. Constare dicit ex historia, virum illum Estheris Persam fuisse. qua præscriptione Darius ille Medus excluditur. Serrarius Assuerum Estheris ultimo capite id ait tantummodò profiteri, sed de Perfarum regno esse, non Persam. Atqui cum in Aman invehitur, & comitate 10. alienum à Perfarum sanguine esse dicit, nempe non obscure sese rex ipse à Perfarum stirpe oriundum esse demonstrat. est hoc ex tota historia librique serie clarius est, quam ut probationis egeat. Verum ille ipse capitis postremi locus difficilem questionem habet. Nam Amanus ibi & animo, & gente Macedo vocatur; cum satis constet, vix illo, quo gesta ista volumus, tempore Persis Macedonum esse nomen auditum. Nos de Amari patria, atque stirpe non disputamus; quod Serrarius noster in Commentariis plenissimè facit. Hoc unum admonemus, videndum equidem Interpres ille Judæus, qui ex Hebræo capita illa postrema transtulit, eo tempore scripserit, quo jam Macedonum opes Persis formidolosæ esse ceperant; aut etiam jam à Græcis ac Macedonibus eversum erat Perfarum imperium. Nam cum inter pere-

De septuaginta Danielis hebdomadibus.

CAPUT XXIX.

Judaicarum rerum, qua ad illam questionem pertinent, summa. Tum Persidis reges tam Urbis quam templi restituendi potestatem fecisse.

PROPHETICORUM omnium oraculorum longè illustrius, & ad Christianæ religionis corroborandam fidem præstantissimum est, quod Danielis capite nono continetur: in quo tamen sententiarum, verborumque difficultas cum excellentia, ac dignitate certat. Incredible est paucis verbis quam magna, quam abstrusa, ac recondita Daniel expresserit. Argumento sunt innumerabiles veterum interpretationes ac sententia, que nulla in questione vel plures, vel inter se contraria magis occurrunt. Obscuritatis autem non minima pars est, quod earum hebdomadarum explicatio variis ex intervallis temporum, & historiis pendet, quarum est per sese inquisitio difficilis. quales sunt Perfarum regum anni: tum quicquid ab iis ad Christi Domini ortum, ac Passionem intercessit, quorum temporum res gesta partim è profanis Scripturis; partim è facris, imprimisque libris Esthræ duobus, repetendæ, perplexam, & implicatam rationem continent. Ex iis verò capitibus, quod est primum, Perfarum videlicet regum tempus ac successionem supra libro x. definimus. ad quod & exquisita illa de Babylonicum regno, ac Nabuchodonosori successione, & initio Cyri adjungenda disputat. que sunt ejus, quam aggredimur modo, disceptandæ, enunciandæque questionis firmamenta præcipua. His accedat oportet rerum Judaicarum, que sub Persicis regibus acciderunt, summa comprehensio ex sacrorum librorum hausta fontibus, Esthræ videlicet, ac Nehemiz.

Nehemiz. Hinc enim controversiæ status, ac *περί τῆς πόλεως* dependet.

Quod igitur ex ultimo capite libri Paralip. atque ex initio libri Esthræ colligimus; anno primo Cyri (ex quo nimirum Babylone regnavit; neque enim antea potuit) regis illius edicto facta Judæis est redeundi in patriam, ac templi instaurandi potestas: tum vasa Templi Domini, que Nabuchodonosor abstulerat, restituta. Ducem migrationis hujus fuisse Zorobabel, & Josue, sive Jesus Josedecei F. summus Pontifex. Esthr. 11. & 111. Qui cum in Judæam venissent, ac Templum instaurare essent aggressi, anno, quam dimissi fuerant, secundo hostium factione prohibiti sunt, cap. iv. Idque toto, quo Cyrus imperavit, tempore, com. 5. Regnante dehinc Assuero, eorumdem hostium accusatione, ac calumniis vexati sunt. Postea sub Artaxerxe, adversarius instantibus, regis edicto instaurare prohibentur. Demum anno secundo Darii, Aggei, & Zacharia vaticiniis animati, Zorobabele, & Josue ducibus, Templi adificationem repunt; ejusque rei potestatem Darii ipse novo edicto confirmat. Esthr. vi. Post hæc Artaxerxis anno septimo, Eldras Hierosolymam venit, cum amplissima potestate, cap. vii. & viii. Postremò Nehemias anno Artaxerxis vicefimo, regis literis expressis, instaurandæ nominatim urbis, ac murorum reficiendorum facultatem impetrat. Lib. ii. Esthr. cap. ii. Hæc sunt, que de missionibus variis Judæorum, & condendi Templi, urbi que licentia à Perfarum regibus impetrata Scriptura commemorat. In quibus obfcura, dubiæque sunt plurima, cum in regibus ipsis, & eorum appellationibus; tum quod ad potestatem, & licentiam ab iis concessam pertinet.

quos ille ita castigat, com. 4. Numquid tempus vobis est, ut habitetis in domibus laqueatis, & domus ista deserta? Denique lib. 111. apocryphus Esthræ, cap. iv, 43. demonstrat à Dario concessam ex voto facultatem urbis constitutandæ.

Quod autem perinde etiam urbis excitandæ potestas Artaxerxis anno quinto, vel sexto tributa sit Esthræ, dubium esse non potest; si quis animo reputer, adificatio jam ex edicto Darii Templo, nihil præter urbem aliud superuisse, cujus instauratio vel calumniis hostium hæctenus dilata fuerat, vel certe ob pecuniarum ad sumptus inopiam perfici minime potuerat. Quocirca Nehemias ampliore ab rege licentiam nactus est mœnium reficiendorum, ac reliquæ urbis abolendæ, in eamque rem largiores impense sunt ex sisco suppeditate. ut non tam urbis instaurandæ nova potestas habenda sit, quam sumptuum ad eam rem benignius erogandorum; ac prohibendæ acris violentiæ omnis, & injuriæ, qua circumfusi Hierosolymis hostes Judæos per invidiam morari non desisterant. Ad hæc Artaxerxes Esthræ i. cap. vii, 6. Esthræ concessisse dicitur petitionem ejus omnem. Tum cap. ix, 9. Eldras refert, inclinatum à Deo cor esse regis, adeo ut permitteret extruere solitudines domus Dei. que de Templo ipso non possunt accipi. quippe quod anno Darii sexto completum jam erat, cap. vi, 15.

His de causis in ea sum sententia, nullum è Persidis regibus templi condendi jus Israëlitis tribuisse, quin etiam urbis adificandæ concesserit. Et enim cusumodi tandem potestas esset illa, si mediis in ruderibus, atque urbis ruinis magnificentissimum illud adificium excitari jussisset. Ac de solo Templo ideo fit in prioribus illis decretis, & historiis mentio, quod caput istud esse ut Judaicæ religionis, ita licentiæ, aut facultatis ab illis regibus impetratæ; cujus velut accessio quedam, & ornatus reliqua, quibus circumdatum erat, adificia censerentur.

CAPUT XXX.

Proponuntur, expendunturque varia de xxx. hebdomadibus sententia.

INCREDBILIS est opinionum de illarum initio, tum exitu varietas, & conflictus. Hieronymus octo recenset, accuratèque singulas edidit. Perterius verò quindecim enumeratis, ac refutatis, decimam ipse sextam adjicit. Nos paucas ex omnibus, ac præcipuas deligemus; totidem videlicet, quot hebdomadam initia esse possunt, que sunt quatuor, quibus ob Darii *οὐκ ἔνευεν* quinta, ac potissimum Scaligeriana succedit. His enim exagitatæ, ac discussis climata veritas illustrior, ac nitidior apparebit.

Igitur prætermissis illorum rationibus, qui aliunde, quam à potestate instaurandæ urbis aut templi ad aliquo Perfarum ex regibus facta, hebdomadarum caput accessunt, hoc velut certum, & confessum sumimus; exitum illum sermonis de instauranda urbe, à quo numerandas esse septuaginta annorum hebdomadas Angelus apud Danielem admonet, decretum esse regis alicujus Persici, qui id Judæis permisit. unde ad unum aliquot decretorum quatuor hebdomadarum initium debet referri. adeoque quatuor opinionum præcipua sunt fastigia. Nam aut ab anno primo Cyri ducendæ sunt hebdomades: aut à secundo Darii: aut à vii. Artaxerxis: aut ab ejusdem denique vicefimo. Sed quoniam Darii, & Artaxerxis complures fuerunt, hinc varia rursus sententiarum divortia propagantur.

Qui ab anno primo Cyri sunt exorsi veteres ferè, Ab anno primo Cyri Clemeus Stromatum lib. i. est perobscure loquitur; inde tamen

Quintum Persidis reges Templi urbi que instaurandæ potestatem concesserunt.

Cyrus autem *αὐτοὺς ἔνευεν*.

De Dario evidenter argumentis idem ostenditur. Si quidem Aggeus, qui per illud tempus vaticinabatur, non obscure significat urbem tunc adificari coepisse. Nam cap. i. populum increpat, quod vulgò jactaret, nondum venisse tempus adificandæ domus Domini, Pars II.

* Vide Isidorum Pelusiotam lib. 111. Epist. lxxxix. ubi incipit *ἐπιτομὴ τῆς ἐπιστολῆς* anno & definit in exscidium urbis. Quidam hebdomadas istas extendunt ad Mundi occalum. ut Helychius ad quem scribit Augustinus Epist. lxx. Vide Chryssostomum contra Judæos, Euthym. tit. 6.
† Profero pag. x. de promissionibus cap. 37. misceat omnia, & à Dario à quo Templum ceptum est, ad Cyrum, annos numerat. Ad quibus Templum absolutum est. Idem per Nehemiam Esthræ ponit. *Περσικὸν*.

* Chryssostomus Orat. 11. contra Judæos numerat lxxii. hebdomadas *ἂν*. Artaxerxis Longimani, cum urbem adificavit, sed non procedit. Cyrillus Catech. xii. numerat hebdomadas lxxij. ab anno vi. Darii Medici. id est primo Olympiadis lxxij. ad quartum Olymp. clixvii. que sunt integre cxx. & desunt in Herodia initium. *Περσικὸν*.
† Vide Proferum Parte 11. de promissionibus cap. xxxv. ubi ex Hieronymo lxx. Hebdomadas definit in natalem & Passionem, et ultimum in exscidium. Isidorus lib. l. de Mundo, cap. 3. definit in exscidium Hierosolymitanum. *Περσικὸν*.

Nec non Artaxerxi.

K k 2 hebd-